

The Digital *Compendium moralium notabilium* Project
(<http://compendium-project.wlu.ca>)

18 quotations attributed to Hugo de sancto Victore in the *Compendium moralium notabilium*
(from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 2, Rubrica 5: De tranquillitate et bona vita et non bona (fol.18vb)

Hugo de sancto Uictore in didascalo in prohemio: **Summum in vita solamen est studium sapientie.**¹ Idem in compendio philosophie in prohemio. **Summum solamen animorum exercitatio sapientie est.**²

1. summum igitur in vita solamen est studium sapientiae, quam qui invenit felix est, et qui possidet beatus.

Hugo de Sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 1 (C.H. Buttmer ed., p.6, ll.9-11).

2. Et quoniam in huius vite solitudine summum solamen animorum est exercitatio sapientie, idcirco de ipsa breviter et commode proposui disserere, non studens verborum venustati set communi sociorum utilitati.

Gulielmus de Conchis (?), *Compendium philosophiae*, proem. (C. Ottaviano ed., 1935, p.20, ll.10-14).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 8: De defectu naturali humane mortalitatis et naturalitatis (fol.21va)

Hugo de sancto victore in prohemio compendii philosophie. **In humanis quippe inuentis uix aliquid inuenio quod omni prorsus sit expiatum vitio.**

Hoc autem postulo in assertionis exordio, ut si in hoc opusculo aliquid imperfectum inueniatur, ad imbecillitatem communem referatur, et non ideo quod videretur vel videbitur inutile contempnatur: in humanis quippe inventis vix aliquid inuenio, quod omni prorsus sit expiatum vitio.

Gulielmus de Conchis (?), *Compendium philosophiae*, proem. (C. Ottaviano ed., 1935, p.20, ll.14-18).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 1: De intelligentia cognitione ingenio et scientia consideratione morali (fol.61ra)

Hugo de sancto victore in didascalicon libro 2. capitulo 7. **Ingenium a natura proficiscitur: vsu iuuatur: immoderato labore recluditur: et temperato acuitur exercitio.**

ingenium a natura proficiscitur, usu iuvatur, immoderato labore retunditur, et temperato acuitur exercitio.

Hugo de Sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 3 (C.H. Buttmer ed., p.57, ll.20-22).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 6: De imagine memoria reminiscencia et obliuione morali consideratione (fol.62va)

Hugo de sancto victore in didascolocon libro 3. capitulo 10. **Memoria hebes est: et breuitate gaudet: et si in multa diuiditur fit minor in singulis.**¹ Idem in compendio philosophie libro 2. in prohemmio. **In omni doctrina breue aliquid et certum debemus colligere: vt ipsum in alta sede mentis recondamus.**²

1. hoc idcirco dico, quoniam memoria hominis hebes est et breuitate gaudet, et, si in multa diuiditur, fit minor in singulis.

Hugo de Sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 3 (C.H. Buttmer ed., p.60, ll.24-26).

2. In hac igitur et in omni doctrina breue aliquid et certum debetis colligere, ut ipsum in alta sede mentis recondatur, unde postmodum — cum res exiget — vel ad aliud illud producat.

Gulielmus de Conchis (?), *Compendium philosophiae*, 2 (C. Ottaviano ed., 1935, p.37, ll.2-5).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 7: De disciplina (fol.69vb)

Ugo de sancto victore in compendio philosophie in prohemio. **Quidam bonitate ingenii freti parua quidem contemnunt: eoque amplius in maximis veritatibus lumen amittunt.**¹ **Ne maiorum fructum perdamus in nostro studio minora ne contempnamus.**² Libro 3. capitulo 4. **Principium a magistro: sed perfectio ab ingenio et exercitatione esse debet.**³

1. Sunt etenim plurimi extrinsecorum passionibus corrupti et sensibilibus illecebris extra seipsos adducti, ideoque quid fuerint obliti: quia preter ea que videntur nichil recognoscunt, ad ea vehementer se applicant et summo desiderio appetunt. Inter quos nonnulli reperiuntur, qui naturali ingenio destituti nec etiam minima capere possint; quidam vero bonitate ingenii freti parua quidem contemnunt eoque amplius in maximis veritatis lumen amittunt.

Gulielmus de Conchis (?), *Compendium philosophiae*, proem. (C. Ottaviano ed., 1935, pp.19-20, ll.17-21, 1-4).

2. Igitur nos quos natura ditavit ingenio, facilem ad veritatem aditum prebendo, reperiamus per philosophiam nostri status primevam naturam, et ne maiorum fructus perdamus, in nostro studio minora ne contempnamus.

Gulielmus de Conchis (?), *Compendium philosophiae*, proem. (C. Ottaviano ed., 1935, p.20, ll.7-10).

3. Etenim principium a magistro, perfectio autem debet esse ab ingenio et studio.

Ps-Beda, *Elementa philosophiae*, 1 (PL 90, col.1134A).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 9: De studio discipline et continuatione eius (fol.70va)

Ugo de sancto victore in didascalicon libro 2. capitulo 11. **Multos hoc decipit quod ante tempus videri sapientes volunt: Hinc namque in quendam electionis tumorem prorumpunt: vt iam simulare incipiant quod non sunt et quod sunt erubescere.**¹ Si omnia legere non potes: ea que vttiliora sunt lege. Et si omnia legere poteris: non tamen idem labor omnibus impendendus est.²

1. multos hoc decipit, quod ante tempus, sapientes videri volunt. hinc namque in quendam elationis tumorem prorumpunt, ut iam et simulare incipiant quod non sunt et quod sunt erubescere, eoque longius a sapientia recedunt quo non esse sapientes, sed putari putant.

Hugo de Sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 3 (Ch.H. Buttimer ed., p.62, ll.1-5).

2. si omnia legere non potes, ea quae sunt utiliora lege. etiam si omnia legere potueris, non tamen idem omnibus labor impendendus est.

Hugo de Sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 3 (Ch.H. Buttimer ed., p.63, ll.14-16).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 1: De prudentia et sapientia [n.p. 1ra]

Hugo de sancto victore in didascalon libro i. capitulo i. **Omnium expetendorum prima est sapientia in qua perfecti boni forma consistit.**¹ **Summum in vita solamen est studium sapientie quam que inuenit felix est: et qui possidet beatus.**² Libro 2. capitulo 13. **Omnes pene virtutes corporis mutantur in senibus et crescente sola sapientia decrescunt cetera.**³ Idem in compendio philosophie in prohemio. **Uniuersorum expetendorum sapientia est per quam acquiritur perfectorum omnium bonorum forma.**⁴ **Summum solamen animorum exercitatio sapientie est.**⁵

1. Omnium expetendorum prima est sapientia, in qua perfecti boni forma consistit.

Hugo de Sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 1 (C.H. Buttimer ed., p.4, ll.4-5).

2. summum igitur in vita solamen est studium sapientiae, quam qui inuenit felix est, et qui possidet beatus.

Hugo de Sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 1 (Ch.H. Buttimer ed., p.6, ll.9-11).

3. omnes paene virtutes corporis mutantur in senibus, et crescente sola sapientia, decrescunt cetera.

Hugo de Sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 3 (Ch.H. Buttimer ed., p.65, ll.19-22); cf. Hieronymus, *Epistolae*, 52.3.2 (CSEL 54, p.416).

4. Potissimum uniuersorum expetendorum est sapientia, per quam perfecta omnium bonorum acquiritur forma: siquidem eius ardore intrinseci hominis irradiantur oculi, ut propriam cognoscat originem, qui ceteris rebus tam animatis quam inanimatis similis fieret, si suam pre illis non cognosceret amplitudinem.

Gulielmus de Conchis (?), *Compendium philosophiae*, proem. (C. Ottaviano ed., 1935, p.19, ll.1-5).

5. Et quoniam in huius vite solitudine summum solamen animorum est exercitatio sapientie, idcirco de ipsa breviter et commode proposui disserere, non studens verborum venustati set communi sociorum utilitati.

Gulielmus de Conchis (?), *Compendium philosophiae*, proem. (C. Ottaviano ed., 1935, p.20, ll.10-14).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 5: De gaudio petulantia et letitia (fol.107rb)

Ugo de sancto victore in didascalon libro 2. capitulo. **Letitia animus reparatur.**

ludos vero idcirco inter legitimas actiones connumerabant, quia temperato motu naturalis calor nutritur in corpore, et laetitia animus reparatur; vel, quod magis videtur, quia necesse fuit populum aliquando ad ludendum convenire, voluerunt determinata esse loca ludendi, ne in diversoriis conventicula facientes probrosa aliqua aut facinorosa perpetrarent.

Hugo de Sancto Victore, *Didascalicon de studio legendi*, 2 (Ch.H. Buttmer ed., p.44, ll.15-21).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 11: De concupiscentia voluptatum (fol.107rb)

Hugo de sancto victore compendii philosophie libro i. capitulo 2. **Concupiscentia est immoderatus appetitus sensualitatis: excedens modum rationis.**

Secundum incommodum est concupiscentia, que est immoderatus appetitus sensualitatis excedens modum rationis.

Gulielmus de Conchis (?), *Compendium philosophiae*, 1 (C. Ottaviano ed., 1935, p.23, ll.1-2).